



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vita Ioannis Berchmanni Flandro-Belgæ Religiosi Societatis Iesv

Cepari, Virgilio

Antverpiæ, 1630

Memoriæ felicitas.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46083](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46083)

studijs habuit progressus, vt breuî & post se relinqueret æquales, & reliquos, qui ætate scientiaque præcallebant, assequeretur. Vel semel rem aliquam audiuisse, vel legisse, vt eam memoriâ retineret, retentamque memoriter pronuntiaret, id scilicet satis Ioanni erat; ita in memoriâ eius vel leuiter lecta auditaque infidebant. Hanc ob rem cum Magistro tam esset charus, vt prodigij instar eum ipse celebraret, alijsque proponeret in exemplum; nonnumquam ita ab eo apud patrem est collaudatus, vt is gaudio perfusus, & Clerici veste Ioannem (quam diu ille optauerat) prætextæ instar honoraret, & in contubernium traderet D. Petro Emmerico Præmonstratensi Religioso, Templi beatæ Virginis Diesthemij per id tempus Curioni, qui plures domi iuuenes erudiebat, cuius conuictu Ioannes triennium deinde vsus est. Ad eò se ad obsequium huius Religiosi fingebar, vt eum parentis loco veneraretur, eiusque lateri perpetuò affixus, vix ad parentis domum, etsi haud longè distâtem, nisi perrarò, digrederetur. Et verò iam tum, quantâ solitudinis dulcedine caperetur, apparebat; cum & subinde colludentium collegarum circulis dexterè subduceret sese, abderetque in Museum ad legendum aut orandum; planè vt sæpiùs Moderatores duxerint eum cubiculo extrahendum

*Memoria
felicitas.*

*Quo contu-
bernio al-
tiss.*

*Obsequendi
studium.*

*Amor soli-
tudinis.*